11/17-007

Gratz XI Maji 1849

Celeberrime Domine!

Hodie tandem Bluffii Compendium accepi, quod nec apud nos nec Viennae prostabat. Addo etiam Elenchum cl. Eble, cujus ego amplius non indigeo.
Gratias Tibi ago pro adnotationibus in catalogo factis. – Si quopiam modo Te in elaborando Tuo, omnibus Botanicis cultoribus exoptatissimo, opere adjuvare liceret, lubentissimo animo faciam.
Per multos menses nullas a Bolterio accepi litteras, fortiter etiam politicis occupatus scientiam amabilem negligit!
Terrores belli civilis per totam nunc Europam flagrant, Pragae, Dresdae, Breslaviae et novae turbae exortae sunt.
Ego nunc tantum flora Austriaca occupor, 7 centurias plantarum exoticarum a Lubero in Nova Hollandia, Aegypto, Creta,

Capite b- spp. et America australi Coleopterum
venales habeo. Exemplaria omnia sunt
bona et pulchra. Centuriam pro 8 fl.
C.M. dabo, majori pretio ipse acquisivi.
Si Tibi fortassis in Italia notus
esset, qui emere vellet, benigne mihi
notum facias.
Magno cum desiderio exspecto plantas
Dalmaticas a Te benignissime promissas
et rogo ut modo (cum pretio
pro Compendio 10 fl. C.M.) mittere velis.
Si quae imposterum exoptabis, liben-
tissime faciam. Finem faciens exopto
ut opus Tuum praeclarum feliciter
fortunatumque finiat!

...Tibi

Devotissimus
Fr. Jos. Maly